


**Dissertatio Ivridica Sollemnis De Ivridictione Patrimoniali Possessoribvs
Praediorvm Svordinate Qvidem, At Non Cvmvlative Competente**

[Rostock]: Literis Adlerianis, [1796?]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862221463>


Druck Freier  Zugang





N. l. 197 (6.)
N. l. - 197 (6.)





DISSERTATIO IVRIDICA SOLLEMNIS
DE
IVRISDICTIONE PATRIMONIALI
POSSESSORIBVS PRAEDIORVM SVBORDINATE
QVIDEM, AT NON CVMVLATIVE
COMPETENTE

QVAM
CONSENTIENTE IVRECONSULTORVM ORDINE
IN
ACADEMIA ROSTOCHIENSI

PRAESIDE
IOANNE MATTHIA MARTINI
CONSISTORII DVCALIS VICE-DIRECTORE
PHILOSOPHIAE ET IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE
HVIVSQVE PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
FACVLTATIS IVRIDICAE SENIORE
AC HODIE PRO-DECANO

PRO
IMPETRANDIS ALIQVANDO SVMMIS IN IVRE HONORIBVS
DIE XI OCTOBRIS MDCCXCVI
H. L. Q. C.
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISIONI
SVBMITTIT

AVCTOR
IOANNES CHRISTOPHORVS HENRICVS ERDTMANN
SVERINENSIS.

LITERIS ADLERIANIS.

DECRETATO JURIDICA SOLIUMIS

DE

INSTRUMENTO PATRIMONIALI

POSSESSORIS IN REBUS SIVE

IN REBUS SIVE

CO. LIBRE SIVE SIVE

IN REBUS SIVE

IN REBUS SIVE

IN REBUS SIVE

VIRO CONSULTISSIMO
DOCTISSIMO
DOMINO DOCTORI IVRIS VTRIVSQVE
CELEBERRIMO
CAROLO LEOPOLDO ERDTMANN
PATRI SVO OPTIMO

VIRO DOCTISSIMO
HASTENUM
PRIMITIAS STUDIORVM M. SVORVM
OMNI QVA PAR EST PIETATE

OFFERT, DAT, DICAT

Filius obsequiosissimus
Ioannes Christophorus Henricus Erdmann.

Superato ante tres circiter menses examine, quod vocatur, rigoroso concessa mihi est, ab ordine Iureconsultorum, qui in hac universitate litteraria floret, facultas conscribendi dissertationem inauguralem, atque hac ratione viam mihi parandi ad summos honores in iure suo tempore obtinendos. Diu dubius haesi in eligendo themate, donec Fautor multis nominibus mihi colendus hanc, quae in rubro legitur thesin sub examen vocare, et argumenta ad corroborandam illam facientia colligere, auctor mihi esset suaforque. Pro viribus meis, quas exiguas esse omnino sentio, omnia, quae in utramque partem hac de re disputari solent, examinavi, et ingenue quid sentiam professus sum; licet me non fugiat, plures dissentientes fore, nec omnia a me pro dignitate argumenti satis eleganter, et acute tractata esse atque discussa. Sed partim in magnis voluisse satis est, partim eo facilius veniam errorum forte commissorum me impetraturum esse confido, quia iuvenis iam prima vice in publicum prodeo.

§. I.

Tam dudum plures Doctores et quidem ex parte Viri magni nominis eruditionisque egregiae materiam de iurisdictione tam in genere, quam in specie de patrimoniali, examinerunt, omnia quae ad notiones ac distinctiones spectant, sollicite subnotarunt, immo quaestiones, quae hic obviae sunt, arduas, non solum accurate pro-

A

posue-

posuerunt, sed etiam ad illas distincte accurateque responderunt: acta hinc agerem, si generalia haec principia, denuo hic evolverem vel anxie inquirere vellem, quid sit iurisdictio, quae sint species eiusdem, et quibus limitibus illa, quae patrimonialis audit, circumscribatur. Mittam haec omnia et ea solummodo afferam, quae imprimis inferiunt uberiori et accuratori explicationi thematis propositi.

§. 2.

Iurisditionem subiective sumtam involvere potestatem publicam iuris dicendi, inter omnes constat. Regulariter persona, cui haec potestas competit, solummodo exercitium huius iuris habet, quod una cum officio aliquo ipsi commissio in eum est translatum; hinc, quia cum officio est coniuncta, et deposito illo iterum quoque cessat, *officialis* seu *administrativa* audit. Contra autem, qui summo imperio gaudet fons est atque origo omnis iurisditionis, cuius non exercitium modo habet, sed quae quoque quoad ius ipsum indissolubili vinculo ita cum eo cohaeret, ut ipsi nullo non tempore et quidem independentem sit tribuenda. Haec propria vel patrimonialis, simul autem summa dici meretur. A qua longe diversa est alia species iurisditionis, quam etiam propriam seu patrimoniam, attamen subordinatam propterea nominare solemus, quia a privatis quoad ius ipsum simul cum re quadam aut praedio aliquo possidetur, hinc cum hac re vel praedio, cui est annexa, ad omnem possessorem illius transit, sed non nisi dependenter a summo imperio. De hac posteriori iurisditione reali vel praediali, qua voce rectius forte insigniri posset, et quae vulgo patrimonialis dicitur, mihi in sequentibus unice fermo erit.

§. 3.

§. 3.

Quae nomine patrimonialis seu praedialis venire solet iurisdictionis, germanicae est originis, Romanis contra prorsus ignota, qui ubique de officiali tantum loquuntur. Diligentius olim Iureconfulti magni nominis inquisitionem in natales huius instituti germanici, quas ut plurimum in potestate dominica, competente possessoribus praedii tam in rusticos suos quam homines proprios invenisse sibi persuaserunt, ¹⁾ sed nulla certe ratio sufficiens allegari potest, cur hanc speciem iurisdictionis ex alio fonte derivemus: Princeps solus omnem omnino iurisdictionem, quaecumque demum illa sit, habet vi superioritatis territorialis, cui semper et ubique est annexa. Immo in patria nostra eo minus hoc in dubium vocandum erit, quo certius est, principes nostros superioritatem territorialem non ab imperatoribus demum accepisse, sed potius eandem suo et proprio iure ab antiquissimis temporibus exercuisse ²⁾. Prouti ergo omnia regalia non aliter exerceri possunt a subditis, nisi eadem sibi a principe vel expresse vel tacite concessa esse docere queant, ita sane de qualibet specie iurisdictionis idem erit dicendum, quum ius publicum tam universale quam speciale, ut et specialissimum nostrum eandem in numerum regalium referat.

A 2

§. 4.

1) vid. *Heineccius* de origine et indole iurisdictionis patrimonialis, et plures qui illum sequuntur. Sed merito hanc opinionem argumentis sat validis impugnavit *Beckerus*, hodie Antecessor in academia Grivisvaldensi commentatiuncula quadam, quae inserta legitur statis litteris, quae dicuntur *Mecklenburgische Nachrichten Fragen und Anzeigen* de anno 1750 Nr. 48 und 49.

2) recte

2) recte hoc Hagemesterus im Versuch einer Einleitung in das Mecklenburgische Staatsrecht Spho 7. subnotat: diese Länder (terrae scilicet Meclenburgicae) gehören zu denjenigen Theilen des deutschen Reichs, deren Bewohner vormals Wenden waren, schon als eigene Staaten unter die Hoheit des deutschen Reichs kamen, und eben daher viele Eigenthümlichkeiten vor den ursprünglich deutschen Ländern haben, so daß man sich im Mecklenburgischen Staatsrechte um so mehr vor analogischen Schlüssen von der Verfassung anderer deutschen Staaten auf die Verfassung dieser Herzogthümer hüten muß. Add. ibi allegatus Wilh. Aug. Rudloff allgemeine Anmerkungen über die Verschiedenheit der Länder Deutschlands, deren ältere Bewohner Slavischen Ursprungs, und diejenigen deren alte Einwohner Deutsche gewesen, quae inserta est observatio in den gelehrten Beyträgen zu den Schwerinschen Nachrichten und Anzeigen de anno 1771 Stück 4. f.

§. 4.

Haec veritas ulteriori probatione haud indiget, qua si opus esset, facile eam ex transactione Meclenburgica de 1755 petere possemus, in cuius Spho 423 a principe promittitur: Die Ritter- und Landschaft bey der ihnen mit den Lehn und übrigen Gütern verliehenen und die Magistrate in den Städten bey der ihnen zustehenden Jurisdiction und ersten Instanz durch Niemanden beinträchtigen zu lassen. Legitime enim exinde infertur conclusio, nullam iurisdictionem, sive magistratus cuiusdam urbici, sive possessoris praedii alicuius a principe agnosci, nisi quae legitime competens aut concessa probari potest. Equidem scio, aliquos aliter sentire, ex quorum numero est auctor dissertationis Rostochii 1765 habitae: de *iurisdictione patrimoniali praesertim secundum iura Meclenburgica*. Sed calculum meum
non

non adiciere possum assertis, quae ibidem Sect. 3. Sphis 7 et 13 leguntur. Diserte scribitur, iurisdictionem patrimoniam in Megapoli non pertinere ad regalia, sed eandem cuilibet fundo iure proprio adhaerere ¹⁾. Certe quod ibidem in subsidium vocatur gravamen statuum provincialium de non immutando tenore litterarum clientelarium recentiorum ²⁾ prorsus huc non quadrat; multo minus pro illo facit resolutio ad hoc gravamen, qua princeps promittit: die Lehnbriefe sollen nicht verändert, sondern allemal nach dem Inhalt der alten ausgefertigt werden, id quod iisdem fere verbis repetitum legimus in Spho 464 transactionis de 1755: bey den Lehnbriefen sollen die gewöhnlichen Formalien und Clauseln in alle Wege beobachtet, und wider Wissen und Willen der Vasallen keine neue und ungewöhnliche dem Lehnbriefe einverleibet werden. Eodem argumentandi modo, quo citatus auctor usus est, evinci posset, nec ius venandi ad regalia in his terris pertinere, sed cuilibet fundo illud inhaerere et quidem non ex sola concessione, sed potius ex consuetudine per litteras investiturae singulis vicibus confirmanda idem esse derivandum. Quae omnia tamen in patria nostra fallere, immo falsissima esse ex verbis Sphi 294 transactionis dictae abunde patet, ibi enim haec leguntur: wir wollen keinem unserer getreuen Unterthanen an seiner Jagdgerechtigkeit, die er über rechtsverwährte Zeit rechtmäßig hergebracht, geruhiglich gebraucht, und noch jetzt in Besitz hat, einige Behinderung, Kränkung oder Beeinträchtigung widerfahren lassen, weniger das solches von den unsrigen geschehe, verstaten. Amice conspirant verba eiusdem transactionis: wir wollen auch den neuen Lehnbriefen eine der hergebrachten und erweißlichen Jagdgerechtigkeit des

Orts nachtheilige Bedingung und wider Willen abgenöthigte Verzicht nicht einverleiben, auch in Ansehung der alten Lehnbriefe, und der darin enthaltenen Jagdverleihung nichts versängliches zu oder abthun lassen, quae reperiuntur in Spho 301. Firma ergo in patria nostra fiat veritas, quamcunque iurisdictionem, hinc et patrimonialem ad regalia pertinere et soli principi inesse vi superioritatis territorialis, quemlibet autem privatum, qui sibi speciem eius asserit, concessionem a principe vel tacitam vel expressam se impetrasse docere debere. Ceterum lubens fateor huiusmodi concessionem non deesse praediorum possessoribus et clare satis omnia stabilita esse ratione huius speciei iurisdictionis in articulo 21 transactionis memoratae

§. 5.

- 1) ipsa verba auctoris, qui contra Müllerum disputat, apponam: *Haec inquit omnia*, scilicet concessionem regalium esse strictissimae interpretationis, ideoque si unius regalis varii dantur gradus vel species minorem in dubio tantum concessa praesumi, „per se satis firma sunt, „sed partim iurisdictione ad regalia non pertinet, partim in applicatione „ad patriam nostram adhuc magis fallunt. Oritur enim, uti infra „demonstrabo, iurisdictione patrimonialis Meclenburgica non ex sola „concessione, sed ex consuetudine per litteras investiturae singulis „vicibus confirmanda. Hanc confirmationem si concessionem appellare velis, quidem non plane incongrue dictum erit, modo vocent „tunc sumas in sensu generaliori, neque illi omnes effectus tribuas, „alias ex notione concessionis profluentis. Est enim tunc concessio „non prima constitutio, sed solummodo renovatio, quae quidem consuetudinem confirmare, minime vero mutare potest.“ Pergit deinde idem ille Spho 13: „proprio vero iure illis (praediis nempe quibus- „cunque) adhaeret iurisdictione. Per longaevam consuetudinem postea „per

„per expressas leges scriptas confirmatam invaluit, ut nullum in Me-
 „gapoli sit praedium, cui non adhaereat iurisdictio; hinc quidem
 „per litteras feudales iurisdictio ordinario concedi solet; at ita, ut
 „potius confirmatio sit, quam nova concessio.“

- 2) Ita hoc sonat: „weil auch eine Zeit her bey den neuen Lehnbriefen
 „man angemerket, daß darin der hohen und niedern Jagden, Hals-
 „und Handgerichte, wie auch des iuris patronatus nicht gedacht wor-
 „den, ungeachtet der Belehnte solches alles gehabt und noch hat, so
 „wird gebeten, daß ins künftige solche Stücke specialiter mit benen-
 „net, demjenigen aber zu gute, in deren Lehnbriefen selbe nicht enthal-
 „ten, einmal für allemal declarirt werden möge, daß solches ihnen
 „an ihrer habenden Gerechtigkeit der hohen und niedern Jagd, Hals-
 „und Handgerichte, wie auch iuris patronatus nicht schädlich seyn soll.“
 Quis autem non intelligit, ubique hic supponi in antiquioribus lit-
 teris feudalibus feudi possessori primo haec iura iam fuisse tributa,
 hinc omnino praecessisse principis concessionem.

§. 5.

Quae cum ita sint prono hinc alveo fluit, omnem iuris-
 dictionem adeoque et patrimoniam, quam a principe subditi habent,
 ita his propriam esse, ut omni tempore ac modo subordinata sit su-
 praemae inspectioni illius. Haec, quam germanice dicimus Landes-
 herrliche Oberaufsicht, pertinet ad ius Maiestaticum principum atque
 cum regimine territorii tam arcte cohaeret, ut eius separatio fieri
 nequeat, immo ne exemptio quidem ab eadem sive privilegio sive
 praescriptione acquiri possit; hinc ubique in concedendis regalibus
 licet non adiecta sit clausula salvo iure superioritatis, nihilominus
 tamen eadem subintelligi debet ¹⁾. Ex hoc fonte derivantur iura
 inspi-

inspiciendi in omnes res nec non personas tum ecclesiasticas tum seculares, porro physicas ac morales. Loquuntur hoc ius inspiciendi tot leges domesticae tam generales quam speciales, quae omnes illud principibus nostris asserunt. Sic visitationes ecclesiasticae et ordinariae et extra ordinem per commissarios extraordinarios instituendae vindicantur ducibus in ordinatione politicae de 1572 Tit. von Rechen- schaft der Bürgermeister, Rathsteute, Kämmerherrn, Kirchengeschworne und Vorstehern der Hospitalien in Städten und Dörfern ²). Cuius necessarium consequens est, quod Spho 490 memoratae transactionis legimus: die Kirchenpatronen sollen sammt dem Prediger von den Kirchenvorstehern jährlich Rechnung fordern und aufnehmen, jedoch ohne Abbruch weiterer Untersuchung und gehöriger Revision bey der vorbehaltenen General- und Specialvisitation; pariter huc pertinet tenor Sphi 487 eiusdem legis. Par ratione principibus nostris non denegandum est ius inspiciendi in administratores civitatum, ne ex perversa administratione bonorum civitatis respublica ipsa periclitetur. Vi huius indubitati iuris maiestatici porro Serenissimi legislatoris in ordinatione iam allegata politica. Tit. von Vormundschaffen, Wittwen und Waisen, se ipsos, idque iure optimo, appellant, die obersten der Wittwen und Waisen Vormund, welchen aus tragenden fürstlichem Amte gebühre und zustehet, hierin ein gebühliches und billiges Einsehen zu haben. Ulteriori si adhuc opus esset probatione, suppeditarent illam verba Sphi 397 transactionis dictae: jedoch, ita concepta sunt verba, behalten wir uns, wann nöthig eine Visitation unseres Hof- und Landgerichts nach Maaßgabe der Hofgerichts-Ordnung anzustellen, und als

alsdenn gebühlich Einsehen zu thun, hiemit ausdrücklich
bevor. Denique idem testatur ipsa avocatio actorum immo totius
causae, de qua infra pluribus loquar, nec minus ius privandi aliquem
iurisdictione sua propter abusum commissum.

1) *Griebner* Diff. de iure subord. territ. Spho II: ubi permitta sunt
regalia ea lege data esse intelliguntur, ut sublimiora et suprema
iura principi territorii, licet nominatim non excepta sint, tacite re-
servata esse censeantur. *Pauermeister* de iurisdic. imp. Rom.
Lib. 2. Cap. ult. Nro. 67 et 68 si princeps concedat inferiori omni-
modam iurisdictionem altam et bassam, id tamen salva superioritate,
et illaesis iuribus status intelligendum est. Et nunquam concedi po-
test tanta potestas a principe, quin semper certa tecta remaneat
superioritas, licet adiecta sit clausula cum translatione omnis im-
perii et cum omni iure. Add. *Mantzel* de S. Rom. Imp. principum
Protestantium iure supremae inspectionis generali in sacra et poli-
tica, germanice. von der Landesherrlichen Oberaufsicht. Per tot.

2) Graviter ibi praecipitur: als ordnen wir hierauf und wollen,
daß die Patronen und geistliche Lehnsherren auf ihre Kir-
chen, und die Kirchherren hin wiederum auf ihre Patro-
nen ein fleißig Aufsehen haben, und von wellichem Theile
die geistlichen Güter zerrissen, verwüstet oder verändert
würden, daß der andere Theil bey Vermeidung unserer
ernsten Strafe und Ungnade, solches uns dem regierenden
Landesfürsten, oder unserem geistlichen Consistorio an-
zeige. Quoad Rostochium legatur novissima conventio de 1788
Ch. 1. Art. 1. Sphis 1, 3 et 4 quibus stabilitur et ab urbe simul agno-
scitur hoc ius supremae inspectionis cum omnibus suis effectibus le-
galibus in Rücksicht sowohl auf ihre oberst landesrichterliches, als
höchstes landesobrigkeitliches Amt.

B

§. 6.

§. 6.

Attamen haec, quam haecenus evici subordinatio, vi cuius omnis iurisdictio supremae inspectioni principis, a cuius gratia eadem recognoscitur, indubitato subest, neutiquam eo usque extendenda est, ut principi exercitium eius non ademptum vel abdicatum, nec praeclusum esse statuatur. Diversissima etenim sunt, num magistratus vel possessor praedii, subordinate hinc non abdicative a principe sibi datam iurisditionem exercent, an eadem sibi cumulative sit concessa ¹⁾. Scio equidem olim concessionem iurisditionis ita saepius factam esse, ut eadem sit in utroque tam superiore quam inferiore, nec minus satis notum est antiquioribus temporibus praesente imperatore suspensam esse iurisditionem principis, in cuius territorio ille commorabatur, immo non desunt, qui asserunt hodie iurisditionem in dubio itidem cumulative concessam et adquisitam praesumendam esse ²⁾. Longius a proposito meo alienum foret, in veritatem ultimi huius asserti accuratius inquirere, nec longiori hic opus est disputatione, quum de veritate contrarii abunde satis confleret quoad patriam nostram, imprimis respectu iurisditionis patrimonialis, de qua in praesentiarum mihi potissimum est sermo. Leges nostrae domesticae clare satis praecipuunt omnem concursum tertii cuiuscunque illicitum fore, nec alicui permissum esse iurisditioni patrimoniali ullo modo se immiscere, multo minus causas in hoc iudicio inferiori pendentes avocare. Gravamina statuum provincialium, olim hac de re principi oblata, testantur quidem tentamina officialium principis, huiusmodi concursum introducendi et infringendi ius primae instantiae; sed nunquam hunc abusum ipsi principes appro-

approbarunt, qui potius illum tollere promiserunt in resolutionibus ad gravamina d. d. Suerin d. 16 Jul. 1701 in addimentis classe 6. Nro. 9. erklären sich Ihro Durchl. gnädigst, daß sie E. C. Ritter- und Landschaft bey der ihnen cum feudo und übrigen Gütern verliehenen Jurisdiction und deren Instanz durch die Beamte oder andere beeinträchtigen zu lassen, nicht gemeinet; solcher gestalt Ihro Fürstl. Durchl. einem jeden seine Jurisdiction um die Sache zuerst wider die unter seine Jurisdiction befindliche zu verhören, und zu entscheiden, gnädigst lassen, vorher aber die Cognition für die Justiz-Canzley, Land- und Hofgericht und Consistoria zu ziehen, nicht verstatten wollen. Denuo hoc in resolutionibus Caesareis ad gravamina d. d. 14 October 1724 inculcatur ad grav. 3. verbis sequentibus: wird auctoritate Caesarea hiemit festgesetzt, daß Ritter- und Landschaft bey der ihnen cum feudo und übrigen Gütern verliehenen Jurisdiction und deren Instanz durch die Fürstl. Collegia, Beamte und andere Bediente nicht weiter beinträchtigen, sondern einem jeden seine Jurisdiction, um die Sache zuerst wider die unter seine Jurisdiction Befindliche verhören und entscheiden zu lassen, vorher aber die Cognition vor die Fürstl. Justiz-Canzleyen, Land- und Hofgericht und Consistorium nicht zu ziehen, noch die acta dahin extra casum denegatae vel protractae iustitiae von den Adellichen zu avociren. Quae omnia denuo confirmata leguntur in Spho 423 transactionis saepius citatae, ubi ita: im übrigen erklären Wir uns nochmahls überhaupt in Gnaden dahin, daß Wir der Ritter- und Landschaft bey der ihnen mit dem lehn- und übrigen Gütern verliehenen, auch den Magistraten in den Städten zustehenden Jurisdiction, und erster Instanz durch unsere Collegia, Gerichte und Beamte oder

andere beeinträchtigen zu lassen nicht gemeinet, sondern einem jedem seine Jurisdiction um die Sache seines Hinterlassen zu verhören und zu entscheiden überlassen, mithin, daß vorhero die Cognition vor die Landesgerichte gezogen werde, nicht gestatten wollen.

- 1) Ea, quae tam inferiori quam superiori magistratui competere possunt, cumulative potius, quam privative concessa intelliguntur *Mevius* P. I. Dec. 51. Nro. 8. Hoc sensu vocem *privative* semper in sequentibus a me sumi, ideo hic subnotari iuvat, non enim insolitum est, iurisdictionem privativam interdum illam nominare, quae prorsus subordinata non est, sed summa.
- 2) *Menochius* Lib. 2. Praesumpt. Cap. 18. latissime hoc deducere studet, quem sequitur *Mevius* P. I. Dec. 44. Nro. 8. ibique citati.

§. 7.

Graviter sane errarent, qui possessoribus praediorum iurisdictionem patrimonialem competere negare non auderent, attamen Collegiis principum ius praeventionis tribuendum esse assererent, ideoque revera concursum iurisdictionum hic locum invenire posse, sibi aliisque persuadere cuperent. Ipsa notio praeventionis eos refellit, quae semper iudices plures competentes supponit ¹⁾, neququam vero iurisdictionem tribuit non habenti. Recte ergo monet *Mevius* ²⁾ etiam si summus princeps fit, cui libellus supplex oblati sit, non tamen aliter inde oriri praeventionem, quam si competens causae, quam concernit, iudex existit, quandoquidem illa coram iudice incompetente nunquam inducitur. Cuius asserti hanc adaequatam subiungit rationem, quod principes iurisdictioni suae certum ordinem formamque constituerint, cuius strictam observantiam exigunt, eamque

que alligant certis iudiciis, in quibus suo nomine ius dici voluerunt ³⁾, et sapientissime certe ordo iudicorum ubique per Germaniam, et in specie quoque per Megapolin est introductus, vi cuius eadem sibi invicem subordinantur, certique limites singulis magistratibus assignantur, ut hoc certius omnis conflictus immo confusio iudiciorum evitetur. Et tantum abest, ut increpandus sit reus vel iudex, qui ordinem hunc praescriptum tueri et ius sibi exinde quaesitum defendere cupit, ut potius laudem mereatur. Accedit maximum interesse tum rei, cui, sublata prima instantia, provocationes a sententia gravante coarctantur, ut alia incommoda sat gravia, quae inde in illum redundant, nunc taceant; tum ipsius iudicis inferioris, cuius fines iurisdictionis hae ratione plus iusto coarctantur et turbantur, quod sane sine iniuria fieri nequit. Peculiarem rationem declinandi forum superius in iurisdictione patrimoniali accedere putat Böhnerus ⁴⁾, quia ibidem iudex primae instantiae ius sibi proprium, et iurisdictionis non meram administrationem sed dominium contra aliorum restrictiones turbationesque ex indole et qualitate patrimoniali iuste defendere potest.

B 3

§. 8.

- 1) In der Einleitung in den ordentlichen bürgerl. Proceß Th. 1. Abschn. 2. pho 44., alsdenn sagt man, daß Richter concurriren, wenn mehrere Richter in der nemlichen Sache gleich befugt sind die Untersuchung und Entscheidung vorzunehmen. Die Praevention aber ist nichts anders, als eine zuerst vorgenommene Untersuchung der Sache, im Fall einer concurrirenden Jurisdiction mehrerer gleichbefugter Richter. Hieraus erhellet, daß eine Praevention nicht gedacht werden kann, wenn die Gerichtsbarkeit

barkeit des zuvorkommenden Richters nicht begründet, oder auch nur streitig ist.

2) P. 1. Dec. 232. nullum enim est, quod facit iudex incompetens, quare illius citatio omni alio caret effectu, quam ut de iurisdictione excipiat et cognoscatur. Idem P. 2. Dec. 68.

3) *ICTus patrius Tornow tractatu de feudis Meclenb. P. 2. pag. 221* idem testatur: privilegium, inquit, hoc primae instantiae non solum a partibus litigantibus inviolabiliter observandum, sed ne quidem superior id per modum avocationis violare potest, quia regulariter iudicium ibi finire debet, ubi coeptum est, et avocatio absque magna et fontica causa fieri nequit, cum ea haud a mero iudicis arbitrio dependeat, nec adnuda partium enarrata fieri debeat. Huc faciunt, quae habet Seckendorff in seinem Fürstenstaat P. 2. Cap. 9. Quaest. 9. Nro. 2.: Es pfleget der Landesherr dem Herkommen nach den Untergerichten auch die er selbst unter der Regierung bestellet, keinen Eingriff zu thun, daß er die Partheyen und Sachen, die für erst (in prima instantia) in solchen Gerichten erscheinen müssen, etwa abfordern wollte; sondern es werden die dahin gehörenden Personen und Sachen in erster Instanz gelassen und dahin verwiesen; auch die, so sich muthwilligerweise davon entziehen, mit Strafe dazu angehalten.

4) *Diss. de iure primi fori locatoris in conductorem Spho 2., quae in Tom. 3. Exercit. ad D. sub Nro. 56 reperitur.*

§. 8.

Prouti quae haftenus dicta sunt ratio et analogia iuris approbant, ita quoque eadem in legibus tam imperii Rom. Germ. quam provincialibus nostris stabilita invenimus. De illis dein paucis mihi fermo erit, quod vero ad leges huius territorii attinet supra quasdam cen-

recensui, quibus tamen hic alias adhuc subiungere non prorsus a proposito erit alienum. Constitutiones Meclenburgicae exstantiores nempe ordinatio iudicii provincialis aulici ¹⁾, nec non Cancellariae olim Güstrovienſis ²⁾, deinceps politiae ³⁾ amice in eo conspirant, ius primae instantiae sancte esse observandum. Sed extant quoque specialissimae constitutiones, quibus provisum est, ut primae instantiae sua praerogativa, hinc cognitio privativa certa tectaue servetur. Severe hoc inculcatum in constitutione de 14 Februar 1750 verbis: **würde sich Jemand unterstehen die erste Instanz vorbe-
zu gehen oder unbefugte und unbegründete Klagen an uns
zu bringen, so soll er im ersten Fall nach Befinden will-
kürlich bestrafe werden.** Saepius renovata est haec consti-
tutio, v. c. in annis 1765 et 1770. Sed transgressores eiusdem
omni tempore fuisse, patet ex novissima renovatione illius, quae d.
1. Jun. 1791 prodit, et in specie ad Cancellariam iustitiae Rostochiensis est directa, quam integram hic transcribere iuvat. Friederich Frantz etc. etc. Unsern gnädigsten Gruss zuvor, Beste auch Ehrenveste, Hochgelahrte, liebe Getreue. Obgleich von Unseren Durchlauchtigsten Vorfahren an der Regierung sowohl vor, als nach dem Landes-Grundgesetzlichen Erbvergleich von 1755 mehrmalen, besonders unterm 14ten Februar 1750, und 16ten April 1765, womit auch die unterm 14ten July 1770 an alle Stadt- und Amtsgerichte zur genauesten Befolgung der Interimsgerichts-Ordnung besagten Tages und Jahres erlassene landesherrliche Verordnung in Verbindung stehet, die unabweichliche Beobachtung der Unsern Beamten über alle Pensionarien auch andere Pächter, Unterthanen und sämmtlichen Ein-
woh-

wohnern der Herzogl. Domainen zustehenden ersten Instanz eingeschärft und befohlen ist; so sind doch wegen Uebertretung solcher in der Natur untergerichtlicher Jurisdiction-Befugnisse gegründeten landesherrlichen Vorschriften ganz neulich abermalige Beschwerden eingegangen. Um nun solchen ferneren Mißbräuchen vorzubeugen und abzuwehren, wird Euch hiemit aufgegeben, auf das Recht erster Instanz unserer Beamten nicht weniger, als der Stadt und Patrimonialgerichte zu halten, und darunter keine Ausnahmen zu gestatten, folglich auch, ohne von dem Beklagten die Exception erster Instanz abzuwarten, diejenigen, welche wider vorgedachte unter Amtsgerichts-Jurisdiction stehende Personen, insoferne sie nicht wegen ihrer persönlichen Qualität unmittelbar den Landesgerichten unterworfen sind, bey eurem Collegio klagbar werden wollen, sofort an das competirende Amtsgericht zu verweisen. Uebrigens verstehet es sich von selbst, daß Vormundschafts- und Erbtheilungs-Sachen unter dieser Regel mit begriffen seyn müssen. An dem 20. 20.

§. 9.

- 1) P. 2. Tit. 3.: wann bey den ersten Instanzen dermaßen wie im vorhergehenden ersten Titel gesetzet, richtig und verantwortlich verfahren wird, wollen wir die dahin gehörende Sachen für unser Hofgericht nicht ziehen, noch daselbst annehmen, es sey dann, daß dieselbe durch Appellation dahin erwachsen.
- 2) P. 2. Tit. 3. ubi eadem expressa legimus, quae in ordinatione iudicii aulici provincialis inveniuntur.
- 3) Tit. von Gerichten in geistlichen und weltlichen Sachen §. 2. verbis: wo aber einer den andern um Sachen anklagte, welcher
der

der Beklagte nicht geständig, oder aber, die da irrig oder zweifelhaftig wären, alsdenn soll der Antworter solcher ungewisse Ansprache halben an fremden Orten nicht bekümmert, oder arrestirt, sondern die Sache soll für des Beklagten ordentlichen Richter, vermöge unserer Landgerichtsordnung, ausgeführt und erörtert werden.

§. 9.

Omnes in antecedentibus numeratae leges generaliter loquuntur, nullique, nec iudiciis, nec officialibus, nec denique partibus litigantibus permittunt, impune eas transgredi, quam ob rem idem etiam procuratori fisci ducalis, seu prouti communiter nominari solet fiscali, non concedendum esse arbitror. Est quidem ille, fateor, persona publica auctoritate constituta, competunt ipsi plura privilegia et iura specialia partim ex iure communi partim ex legibus domesticis depromta; a solo principe ipsi officium suum demandatur, cuius causas ac iura defendere atque vindicare debet: enim vero maximae hae praerogativae eidem tributae neutiquam eo usque extendendae sunt, ut legibus nullis illum alligatum esse, aut quaevis ipsi licere putemus; e contrario ad normam legum actiones fiscalis referendae sunt, et quidquid ibidem non in favorem eius expressum vel constitutum legitur, neque ipsi tribui poterit. Quilibet enim, qui competentiam ex iure singulari derivat, probationem huius suscipere cogitur. Multo minus praesumendum est, principem patrono fisci concessisse privilegium, impune iura iam dudum quaesita aliorum infringendi, aut iurisdictionem praediorum possessoribus propriam imminuendi, frustra ergo hic provocaret ad iura ipsi competentia. Contrarium potius discimus ex Spho 410 transactionis de 1755, ubi norma generalis

C

prae-

praeferitur, nil singulare intuitu iurium fiscalium obtinere debere, sed omnia ex iure communi et ex ordinatione provinciali aulica esse diiudicanda: wegen unserer FISCALIS Amt, Pflicht und Recht, behält es bey demjenigen, was in der Hofgerichts-Ordnung P. I. Tit. 5. und in den gemeinen Rechten verordnet ist, sein ungeändertes Verbleiben.

§. 10.

Qui dissentientium partes in se suscipiunt, provocare solent ad ius Romanum, ex quo aperte satis constat, fiscum olim habuisse iudicem proprium et specialem, nempe procuratorem Caesaris, et in eius absentia praesidem, ad quem regalis patrimonii conservatio et administratio pertinet, cuius quoque tanta fuit auctoritas, ut in rebus fiscalibus, subnotante *Cuiacio* in paratitla ad Tit. Cod. de iure fisci, eandem, quam Caesar, potestatem haberet. Pergunt, qui contrarii nobis sunt, fisci patronos hodie etiam in iudiciis supremis principis, seu dicasteriis solummodo causas ventilare fiscales. Cuius necessarium consequens esse putant, fiscum pro suo interesse intervenientem integram causam coeptam coram alio iudice trahere ad iudicium superius ¹⁾; hinc multo magis ipsi permissum esse, re adhuc integra actionem statim in dicasterio instituere, atque hac ratione iurisdictionem praedialem et in genere ius primae instantiae infringere.

1) Quod cum plurimis veteribus ICTis asserit *Icken* Diff. de *advocato fisci eiusque officio* pag. 21. Nro. 7.

§. 11.

Sed, ni totus fallor, duo confunduntur ab illis, quae tamen sollicite a se invicem distinguenda sunt, longe scilicet differt officium procu-

procuratoris seu patroni fisci, quo ille apud Romanos fungebatur ab illo, quod hodie fiscali in plurimis Germaniae provinciis et in specie quoque in Megapoli est demandatum. Electione muneris fisci patroni facta ab imperatore Hadriano generaliter cum hoc munere coniuncta fuit tuitio atque defensio omnium regalium principis, nec non ad illum spectabant omnia, quae regem et bonum publicum, salutem et quietem subditorum contingunt. Contra autem nulli alii causae, nequidem criminali, se introducere poterat, nisi poena immineret vel irrogata esset fiscali, quam de *Camera* alii dicere solent. Quatenus de perfequendis his iuribus fisci, quae principaliter et proprie nominari merentur causae fiscales, sermo est; eatenus sola iurisdictio principis est fundata, et patronus fisci contra quoscunque sive mediate sive immediate illius iurisdictioni alias subessent, apud Procuratorem Caesaris actionem olim instituit ad obtinendum fisci compendium vel ad vindicanda regalia. Conflictus iurisdictionum in huiusmodi casu ne cogitari quidem potest, quum subditi iure fisci non gaudeant, hinc hac specie iurisdictionis omnino careant, prouti ergo e. g. in causis matrimonialibus exulat iurisdictionis praedialis, hinc eadem statim ad dicasteria vel consistorium principis deferuntur, a quibus illarum cognitio et decisio dependet, ita quoque causae fiscales eo sensu quo dixi, sumtae omne ius primae instantiae iudicis patrimonialis vel alius cuiuscunque iudicii inferioris respuunt.

§. 12.

Ad Germaniam si nunc respicimus, in diversis provinciis eiusdem diversissima conditio est fiscalium. In aliis nulli hoc munus in perpetuum est commissum, sed potius casu emergente semper novus

constituitur patronus fisci ad orandam causam, quae se obtulit fiscali, qui tali casu e numero procuratorum in iudicio receptorum plerumque eligitur. In aliis provinciis persona advocati vel procuratoris fisci, quem advocatum patriae ibidem nominare solent, sollicitè a persona fiscalis distinguitur, ita ut ille iura ac utilitates fisci promoveri ac regalia principis reservare ac conservare debeat, adeo ut idem vere sit, qui patronus fisci apud Romanos dicebatur. In huius oppositione tunc fiscalis id agit, ut delictorum, maleficiorum atque factorum illicitorum auctores in iudiciis prosequatur, ne poenam promeritam effugiant. Quod in specie ad Megapolin attinet, plures ibidem, et quidem non solum in omnibus Dicasteriis, sed et in ipso Collegio regiminis constituti adsunt fisci patroni, quos in genere nomine fiscalium insignire solemus. Attamen horum omnium non eadem est conditio, soli enim fiscali regiminis, qui eodem hoc munere in curia feudali fungi solet, *der Regierungs- und Lehns-Fiscal*, causae fiscales proprie sic dictae commissae sunt, nec non ille res et patrimonium fisci ducalis augere, tueri et defendere, denique pro conservandis iuribus regalibus principis vigilare debet. Omnes e contra fiscales reliqui in iudiciis superioribus huius ducatus constituti, id potissimum curare debent, ut delicta et maleficia personarum exemptarum non impunita maneant, attamen causam fisci non aliter suscipiunt, nisi haec illis in specie committatur ¹⁾.

§. 13.

1) *Hartmann* Diss. de partibus ac iuribus fiscalium in processu singularibus §pho 7, qui ita scribit: quod ad Ducatum Meclenburgicum ad quem oculos nunc intendo, attinet, ordinationis provincialis et anticae Meclenburgicae P. I. Tit. 5. hoc imprimis fiscalibus iniunctum

Hum esse reperi, ut molificia et facta illicita, contraventiones quas vocant mandatorum et similia deferant ad iudicem et cognoscenda et coercenda poenis promeritis, itemque multas sententiis definitas ac determinatas postulent exsolvi, exactionisque earum iudicem commonesciant. Atque pro causis et iuribus fisci eiusque redditibus et ceteris commodis generatim spectatis vigilandum laborandumque sit fiscalibus nec quidquam ibidem inveniri licet diserte cautum et imperatum.

§. 13.

Sapientissime haec ita ordinata esse in patria mihi persuasum habeo; coram regimine tractantur res gratiae et omnia, quae ad iura maiestatica pertinent, vel statum publicum provinciae concernunt, quatenus quaedam causae non exceptae et specialiter Collegio consilii intimi (dem geheimen Raths-Collegio) reservatae sunt. Omnes res iustitiae autem privative in dicasteriis, scilicet iudicio provinciali aulico et Cancellariis iustitiae sunt peragenda¹⁾. Hinc patet fiscalem regiminis primario occupatum esse in tuendis regalibus et diligenter custodiendis rebus fisci ducalis, quas solas, uti supra notavi, fiscales res in specie nominare solemus et debemus. Qui contra in Collegiis iustitiae munus fiscalis sustinent longe alio sensu ita vocantur. Hi sunt loco accusatorum publicorum, idque illis, si non unice, certe tamen primario curae cordique esse debet, ne impunita maneant delicta atque ut ipsi magistratus suis satisfaciant officiis, nec iudices inferiores negligant vel male administrent iustitiam. Porro in dicasteriis ad iudicem deferunt transgressores legum, qui illis innotuerunt, delictorum autem auctores puniendos petunt, quatenus personae delinquentes iurisdictioni horum dicasteriorum immediate subsunt. Qua ratione id agunt, ut competentem dicasteriorum iurisdictionem promoveant,

neutiquam vero eandem ultra iustos terminos extendant, vel ius quaesitum aliorum iudiciorum concurrento aut praeveniendo laedant, ne hi legum custodes illarum fiant transgressores.

- 1) Ita dispositum est §. 393 dictae transactionis verbis: alle Justizsachen werden und sollen jederzeit lediglich bey unseren Landesgerichten ausgeübet und betrieben werden.

§. 14.

Sub nullo iuris colore fiscales dicasteriorum ullam causam iustitiae, quarum cognitio et decisio ad iudicia inferiora spectat ad iudicia superiora trahere possunt, quousque iudici inferiori nihil vitio verti potest. Si forte quis obiiceret, fiscalem causam esse, adeoque illam coram principe esse tractandam; facilis tamen foret responsio: non ea ex ratione causam dici mereri fiscalem, quia fiscalis illam sibi appropriare, et ad iudicium Cancellariae trahere cupit, quae alias sua natura et iuxta limites semel constitutos vel ad iudicem patrimoniale vel alium inferiorem pertinet. Quoties enim causa, quam fiscalis tractat, non revera est fiscalis, nullum ipsi competit privilegium fori. Male enim iuxta *Leyserum* Med. ad D. Spec. 50. Med. 23. advocati fisci privilegiis suis utuntur, ubi vel bona delinquentis occupant, vel debitum aliquod sibi cedi curant, hinc in privati ius succedunt et actionem in se transmissam instituunt: Iure enim cedentis, seu eius, a quo causam habet fiscus, uti debet. Quod in specie ad Megapolin attinet, silentio praeterire non possum, locum in resolutionibus ad gravamina d. d. 19 October 1724 obvium: noch auch causas ultra terminos iure constitutos unter die Fiscäle zu ziehen berechtigt sey, sondern dessen sich enthalten soll. Memorabilis denique est locus

Moseri

Moseri von Justizsachen Buch 1. Cap. 4. §. 43. und 44. qui simul pag. 146. seqq. plura adfert conclusa consilii imperii aulici, quibus idem severe inculcatur. Denique huc sine dubio quoque, respectu patriae nostrae faciunt verba in P. 1. Tit. 5. ordinationis provincialis aulicae obvia, ubi de officiis fiscalis in specie agitur: Wir gebieten und befehlen euch hiemit ganz ernstlich Unsern Amtleuten, Ruchmeistern, Richtern, Bürgermeistern und Räten in Unsern Städten, wann sie von begangenen delictis oder strafbaren Uebertretungen, darüber pro qualitate personae et facti die cognitio unserem Land- und Hofgerichte gehörig, etwas erfahren, daß sie solches bey ihren Eydespflichten ohne Ansehen der Personen unserem Fiscali nebenst einer darüber von ihnen aufgenommenen genugsamen Rundschaft vermelden. Quoties ergo res illicita vel delictum non ad iudicium superius pertinet, sive quod idem est, illius iurisdictio non fundata est, cessat obligatio ad denunciandum; cuius naturalis ratio in eo quaerenda est, quod in tali casu officium fiscalis itidem cessat et iudicio inferiori potius cognitio et inquisitio est relinquenda.

§. 15.

Fiscalem transgredi suos legibus praescriptos limites eo minus tolerandum est, quo certius est, in ipsis quoque causis fiscalibus stricte dictis iudicium criminale ab illo, quod est de compendio fisci, sollicite esse distinguendum, adeo ut illud coram iudice ordinario competente institui debeat, cuius ergo ius neque in tali casu ulla ratione minuendum, multo minus profus tollendum est. Hoc e contrario privative suscipiatur coram illo iudicio principis, ubi de rebus fiscalibus actiones institui possunt. Sit v. c. delictum aliquod perpetratum,

tum, cuius consequens est confiscatio bonorum, tunc sine dubio fiseus principis bona illa sibi vindicare poterit nec non solus iudex fiscalis, de hoc iure fisci cognoscit et decedit, verum cognitio de ipso crimine eiusque qualitate et veritate pertinebit ad iudicem ordinarium criminalem: duo enim haec iudicia causas tractant a se invicem distinctas et valde diversas. Lex quoque haec diversissima duo iudicia accurate distinguit: non, ita enim legitur in L. 1. C. ubi causae fiscales, *defensae mortis quaestionem apud procuratores nostros non oportere tractari nec bona a fisco peti posse, priusquam de crimine confiterit apud eum, cui convictis poenam irrogare licet, quis ignorat?* Discimus simul ex hac lege id, quod sana ratio et naturalis ordo procedendi quoque postulant, fisci non aliter suum lucrum petere posse, nisi de ipso crimine iam antea confiterit, hinc iudex criminalis de eo cognoverit, et sententiam tulerit. Vbi vero de crimine ipso nulla restat dubitatio, sed omnia plana atque evicta sunt, ita ut nulla opus sit condemnatione, procurator fisci recte suum compendium petit, nec exspectare debet, quod in iudicio criminali de crimine iudicabitur. Hunc casum tractat L. 2. C. ubi causae fiscales, non, ita legitur, *animadvertimus cur causas ad officium procuratorum nostrorum pertinentes ad proconsulis notionem avocare velis. Nam quum hoc quaeratur, an pater tuus mortem sibi consciverit, metu alicuius poenae, ac propterea bona a fisco vindicari debeant, iam non de crimine aut poena mortui, sed de bonis quaerendum est. Quam legem eleganter illustrat Brunnemannus ¹⁾.*

§. 16.

1) Comment. ad. C. ad hunc locum: *reus, inquit criminis alicuius capitalis, dum apud proconsulem contra ipsum agitur, mortem sibi*
„con-

„conscioit, ideoque fiscus bona eius vindicat apud Procuratorem
„Caesaris. Sed Arista heres rei provocat ad cognitionem Procon-
„sulis, quia coram eo coeptum iudicium, et quia nondum constabat
„de crimine, ergo per legem praecedentem (scilicet h. i. h. t.) Ve-
„rum hoc negant Imperatores, quia hic non principaliter de cri-
„mine quaeritur, sed de bonis, et de crimine tantum incidenter
„et prius iudicium morte rei finitum. Et hic nulla opus est con-
„demnatione, quia in crimine deprehensus vel de eo postulatus, si
„se ipsum interimat, habendus est pro condemnato et confesso, nisi
„scilicet heredes aliam causam probare possit. Ergo quia procura-
„tor fisci intentionem fundatam habet in atrocitate et prius iu-
„dicium morte finitum, et quia de hoc maleficio occisionis sui ipse
„ex mala conscientia non restat alia poena, quam confiscatio bo-
„norum, ideo causa haec coram Procuratore fisci ventilanda.

§. 16.

E numero dissentientium esse videtur *Mevius* ¹⁾, et fisco ius
praeventionis concedere intuitu iudicis ordinarii. Multum enim
interesse putat, quando de fiscali causa res est, utrum iudicium coram
iudice fiscale nondum coeptum sit, an iam incoeperit et agatur.
*Vbi omnia integra sunt, de crimine accusatio, ex qua fiscus com-
pendium sibi asserit, non relinquenda modo criminali iurisdictioni,
cuius est de isto iudicare et condemnare; sed etiam remittenda, et
quid de crimine ibi iudicabitur, expectandum. At postquam fisci
nomine iam coepit actio ad bona inde ad se devoluta occupandum,
non similiter desistitur aut causa remittitur. Sed ni totus fallor
casum ille supponit protractae iustitiae, hoc enim indicare videntur
verba, mox subsequencia: eoque aequius hoc, si iudex alter cessaverit
in exercenda iurisdictione sua, ideo superior cognitionem de crimine*

D

susce-

susceperit. Nec magis obstant, quae idem auctor alio loco asserit ²⁾ ob interesse fisci causam devolvi ad iudicium superius, quippe quod in eiusmodi causis tantum competens sit, hinc iudicem fiscalem ad se advocare posse causam cum toto processu. Sine dubio ille de casu loquitur, ubi indubitatum est ius fisci, namque si de illo constat, causa coram procuratore Caesaris statim ventilanda est, alias autem actioni fiscalis omnino non locus est prius, quam de crimine constat in iudicio criminali per leges 1 et 2 citatas. Magis hoc exinde patere videtur, si cum hoc loco Mevii alium, qui est P. 5. Dec. 379 conferimus, ubi idem tractatur argumentum: utrinque enim de filio ferino est, qui parentem de cuius successione agebatur, verberibus et convitiis pessime tractaverat, quare pars ipsi alias debita hereditatis a fisco ei tamquam indigno auferenda erat. Ceterum, quod nobis hoc loco praefertim notandum est, tantum abest, ut Mevius asserat vel defendat, fiscalem intervertere ius iudicis ordinarii aut eum praevinire posse, ut potius ubique actionem fiscalem, hoc est illam, qua compendium fisci petitur, sollicitè distinguat ab alia, quae coram iudicio criminali propter factum illicitum vel crimen perpetratum moveri potest. Hanc enim ubique salvam manere, diligenter monet addens ³⁾: *quodsi autem magistratus de crimine vellet inquirere vel accusationem ordinare, illud deinde punire, sicuti hoc criminalis iurisdictionis erat, ita integrum fuit, nec processu, qui coram summo tribunali coepit impeditum. Iuxta haec decretum est, quo declararetur, quam minime per receptam illam causam, ut fiscalem, iurisdictioni urbanae esse praedudicatum, ad interventionem senatus Wismariensis.*

1) P. 5. Dec. 380.

§. 17.

2) P.

- 2) P. 4. Dec. 185.
 3) P. 5. Dec. 379. Nro. 6. Huc quoque pertinent, quae in decisione subsequenti expressa leguntur: *nec hic nocet vel obstat, quo minus et illa (scilicet iudex criminalis) deinde de crimine et poena iudicet. Cum hic (iudex fiscalis) tantum de bonis et ob haec de criminis veritate et qualitate inquirat et iudicat.*

§. 17.

Haud prorsus a proposito meo fortasse est alienum, paucula de iuribus fiscalis imper: Rom. Germ. citandi subditos imperii mediatos ad summa tribunalia imperii, adhuc addere. Eadem vere ubique obtinere videmus principia. Firma etenim hic stat regula tot legibus imperii suffulta: Ius primae instantiae statibus imperii proprium nullo modo a fiscalibus imperii infringi debere. Sic enim praecipit ordinatio camerale de 1555 P. 2. Tit. 1. §. 1.: *erstlich sehen, ordnen wir, daß alle des heiligen Reichs Verwandte und Untertanen, bey ihren ordentlichen innländischen Rechten und Gerichten, (außerhalb der Fälle, die nach laut dieser Ordnung an das Kammergericht ohne Mittel gehören) gelassen, also, daß ein jeder in dem Gericht, darin er ohne Mittel gefessen und gehörig ist, fürgenommen werde. Nec non huc faciunt verba mox subsequencia §. 2.: es soll auch demnach das Kaiserliche Kammergericht in erster Instanz oder Rechtfertigung auf Niemandes Klag oder Ansuchen Ladung erkennen oder geben gegen denjenigen, die der Kaiserlichen Majestät und dem Reich nicht ohne Mittel unterworfen sind, oder doch sonst ihren ordentlichen Richter haben. Dein hoc stabilitum est per instrumentum pacis Osnabrugensis Art. 5. §. 56.: Cetera in Aulico non minus, quam in Camerae imperialis iudicio privilegium primae instantiae, aufstregarum iura, et privilegia de non appel-*

D 2

lando

lando statibus imperii illibata sunt, nec per mandata, aut commissiones aut avocationes, aut quovis alio modo turbantur. Porro repetitum hoc est in Rec. imp. noviss. §. 168.: was dann Churfürsten und Stände und der abwesenden Räte Botschaften und Gesandte besucht und gebeten, daß die primae instantiae und Austräg bey unserem Kayserl. Reichs-Hofrath hinfort nicht weniger als bey dem Kammergericht stricte observirt werden möchten; da haben wir seit unser angetretenen Kayserl. Regierung solche privilegia allezeit gnädigst beobachtet, dasselbe auch weiteres zu thun, vorermeldetem unsern Reichs-Hofrath ernstlich und gemessen eingebunden. Denique omnes capitulationes noviores Imperatorum confirmant hoc in Art. 18. §. 3.: wir wollen auch die Churfürsten, Fürsten und Prälaten, Grafen, Herrn und andere Stände des Reichs, (die unmittelbare Reichs-Ritterschaft mitbegriffen) und deren allerseits Unterthanen im Reich mit rechtlicher oder gültlicher Tagleistung von ihren ordentlichen Rechten (vel potius Richtern, nam recte subnotat Schmelzer in der Kayserl. Wahlcapitulation Sr. Majestät Franz 2. ad h. l. pag. 116. adesse hic vitium typographicum, quod prima vice irrepsit Capitulationi imperatoris Caroli 6.) nicht dringen, erfordern oder vorbecheiden. Et §. 4. ita pergitur: sondern einen jeden bey seiner Immedietät, privilegiis de non appellando et evocando sowohl in Civil- und Criminal- als Lehen-Sachen, electionis fori, item iure Aufregarum tam legalium quam conventionalium vel familiarum bey der ersten Instanz und deren ordentlichen unmittelbaren Richtern mit Aufheb- und Vernichtung aller der bis daher etwa dagegen, unter was Schein und Vorwand es seyn möge, beschenehen Contraventionen ergangenen Rescripten, Inhibitorien und Befehlen bleiben lassen. Novissime accessit in capitulationibus imperatorum Leopoldi 2.

et

et Francisci 2 et quidem Art. 19. §. 6. passus maxime notabilis, dignus, qui hic inseratur: wann auch Landstände und Unterthanen wider ihre Obrigkeit in Privatsachen, welche die landesfürstliche Cammer betreffen, Klage führen; so sollen und wollen wir diese bey ihren ordentlichen Landesgerichten entscheiden lassen, weder den Reichsgerichten gestatten, über solche Klagen in letzter Instanz, wenn privilegia de non appellando vorhanden sind, und darin kein ausdrücklicher Vorbehalt enthalten, oder ein anderes durch Verträge mit den Landschaften und Obrigkeiten nicht bestimmt ist, zu urtheilen. Legi tamen merentur subnotata ad h. l. a Crome in den historischen und publicistischen Anmerkungen und Erklärungen der Wahlcapitulation des Römischen Kayfers Leopold 2. pag. 141 seqq., nec non a Schmelzero l. c. pag. 153. seqq.

§. 18.

Comprobant dicta nulli, hinc nec fiscali imperii, permillum esse iura statuum imperii immutare, et subditos mediatos imperii evocare; cuius consequens est, quod in ordinationibus utriusque Archidicasterii saluberrime provisum est, status imperii eorumque subditos sine solida ratione processibus fiscalibus non onerandos esse. At tamen haec dictis minime repugnat, plures existere posse casus in praxi etiam haud infrequentiores, quibus procuratoribus fisci Caesarii non modo contra status imperii immediatos, sed quoque contra mediatos imperii subditos per modum exceptionis a regula procedere permittitur. In specie hoc loco nominari debent causae fiscales, h. e. ubi de iuribus reservatis imperatoriis aut aliis ad fiscum imperatorum pertinentibus causis sermo est, nec non illae, quas nominatim recensitas invenimus

passim in constitutionibus imperii publicis. In omnibus huiusmodi casibus ius hocce patronorum fisci imperii est fundatum, idque olim iam ipsi status imperii agnoverunt in suffragio d. 27 Ianuar. 1668 ad imperatorem delato (Reichsgutachten) huius tenoris: daß die Kaiserliche FISCALe auf die Uebertreter der Reichs-Constitutionen wegen der Monopoliën fleißige Aufsicht nehmen, und da sie deren von selbst oder mittelst anderer erkundigen, welche sich dergleichen verbotener monopolischer Handlung und wucherlicher Contracte unterfangen, gegen dieselbe mit Fiscalischen Processen der Gebühr nach ohne allen Respect verfahren sollen. Nunquam hoc ius fiscalium imperii et summorum imperii tribunalium hactenus in dubium vocatum est, quantum scio, sed potius innumera adsunt exempla, quae dicta probant. Ad noviora autem referri debet exemplum excitati fiscalis imperii contra subditum mediatum, quod legimus in ordinatione Camerae imperialis in causa des Mühlenbestenders Hönsberg wider Sr. Churfürstl. Durchl. zu Pfalz und die Hofkammer zu Düsseldorf d. 4 Martii 1793 decreta huius tenoris: dann ist der Kaiserliche Fiscal wegen der in der Anlage Nro. 32 ad supplicam v. 11 Febr. a. c. enthaltenen, der Kaiserl. Jurisdiction und dem Ansehen dieses höchsten Reichsgerichts zu nahe tretenden sträflichen Ausdrücke sich gegen den Gerichtschöffen Ioh. Hegemann zu Barmen seines Amtes zu gebrauchen hiedurch erinnert. In conf. d. 4. Mart. 1793.

§. 19.

Huius loci non est, longius recensere omnes casus exceptos, quibus cessante privilegio primae instantiae mediati cives imperii iuris-

iurisdictionem summorum tribunalium imperii agnoscere coguntur 1). Sufficiat mihi in praesentiarum huc transcribere duas illas regulas a Mosero von Justizsachen B. 2. Cap. 25. §. 7. suppeditatas, ex quibus iuxta sententiam eius diiudicari debet, num in casu obvio fiscalis imperii contra civem imperio vel mediate vel immediate subiectum agere possit. Sequentibus limitibus officium eiusdem circumscriptum esse affert:

- 1) Wann und so oft in einem Reichsgesetze eine gewisse benannte Strafe oder auch nur überhaupt auf die Uebertretung eine Strafe verordnet ist; so oft greifet auch einer der Reichsfiscalen Amt Platz, wenn des Fiscals gleich nicht namentlich gedacht wird, weil dieses der ordentliche Weg ist, den die Reichsgerichte gebrauchen, Jemanden in eine beträchtliche Strafe zu verurtheilen.
- 2) Wo zwar in keinem Reichsgesetz auf dieses oder jenes Verbrechen eine besondere Strafe gesetzt ist, wohl aber in den gemeinen Rechten, und die Personen stehen unmittelbar unter einem Reichsgericht, oder die Sachen qualificiren sich dahin, kann und soll der Fiscal auch darauf vigiliren.

Quae qui debita diligentia perferutatur imprimis attendens ad sensum primae regulae a Mosero suppeditatae, facile rationem perspiciet, cur in Art. 2. §. 6. Capitulationum novissimarum vox **als complices** ubique adhuc inveniatur, licet illam delendam vel potius ita limitandum esse postulaverint olim electores Saxonicus, Brandenburgensis et Luneburgensis, reliquis tamen contradicentibus, ut adenda sint adhuc verba:

verba: daſerne ſelbige unſerer Kaiſerlichen Jurisdiction ohne Mittel unterworfen, prouti hoc ex actis publicis retulit Moſerus in com. ad capitulationem imperatoris Caroli 7. ad hunc Art. T. 3. pag. 39. 2)

- 1) Plura qui de caſibus huius generis per leges vel obſervantiam imperii determinatis legere cupit, adeat *Hertlingium* Diff. de cauſis ubi mediatuſ in prima iſtantia coram ſummis imperii tribunalibus conveniri poteſt, quae invenitur ſub Nro. 14. pag. 508 ſeqq. in Syn- tagmate Diſp. ſelectiorum iuſ publicum germ. univerſ. illuſtrantium, cum praefatione Moſeri edito. Tubingae 1735.
- 2) iuvat ipſa verba articuli aponere: auch diejenige ſo ſich gegen jetzt ermeldeten Friedensſchluſ — zu ſchreiben oder etwas in öffentlichen Druck herauszugeben unternehmen würden, gebührend abſtrafen, die Schriften und Abdrücke caſſiren und gegen die Auctores ſowohl, als Complices, wie erſt gemeldet, mit Ernst verfahren.

§. 20.

Haud proſuſ infelici ſucceſſu, ut puto, ſupra contra omnes, ideoque et ſiſci patronum vindicavi iuſ primae iſtantiae iudicibus inferioribus et imprimis etiam patrimoniali. Hoc ipſo tamen, exceptiones dari ab hac regula generali non proſuſ negaverim, quas tamen ad duos potiſſimum caſuſ reſtringi poſſe mihi perſuaſum eſt. Alter in continentia vel connexitate cauſae, alter autem in abuſu iurisdictionis ex parte iudicis patrimonialis rationem ſuam agnoſcit. Tertium, quem alii addere ſolent caſum, ſi concurrat intereſſe iudicis patrimonialis, non omnino admitto. Ratione enim hominum propriorum tali caſu exiſtente ſemper fundata manet iurisdictione patrimonialis; et ſi de aliis perſonis liberis, qui hoc forum in regula agnoſcere debent

fermo

sermo est, lex domestica §. 413. transactionis de 1755 obvia expresse prorogationem iurisdictionis permittit in huiusmodi casu, praescribens solummodo certum modum procedendi, qui tunc ab hoc iudicio est observandus. Sed redeo ad casum continentiae vel connexitatis causarum. Agnoscit illum omnino ius commune L. 10. C. de iudiciis, et adeundus tunc est iudex superior is, qui omnibus litigantibus partibus communis est. Supponitur autem ubique, non imaginariam esse aut praetensam, sed veram identitatem causae, hinc procuratorem fisci aut alium non solum allegare, id quod pro dolor saepius fieri constat, sed etiam probare illam ad quam provocat continentiam causarum. ¹⁾ Agnoverunt hoc quoque ipsi status imperii, et simul studuerunt praecavere, ne sub tali praetextu eorum iurisdictionis imminuatur. Spectant hoc verba art. 21. §. 1. Capitulationum etiam novissimarum: und ihnen darin (scilicet in den Lehnherrlichen Befugnissen auch Gerichtsbarkeit) von keinem Reichsgericht neque sub praetextu continentiae causarum neque iudicii universalis eingreifen zu lassen. ²⁾

1) *Mevius* P. 3. Dec. 90. hoc notabili exemplo illustrat.

2) occasione visitationis novissimae iudicii cameralis imperii quaestio movebatur anno 1766 an locus ex capitulatione imperatoria adductus unice de praetensa et imaginaria continentia causarum sit intelligendus. Plures status imperii urgebant extensionem huius passus capitulationis, quia alias nil singulare in illo esset expressum, sed rectius alii contradixerunt et pristina verba reservanda esse voluerunt, plura enim in capitulationibus occurrunt, quae iuri communi consentanea sunt, nec quidquam singulare continent.

§. 21.

Ad alterum devenio casum protractae vel denegatae vel etiam praepostere administratae iustitiae. Quum illo existente cura supremae

E

in-

inspectionis principibus incumbens specialiter se exserat, facillimum est perspectu, cur ubique illum expressum legimus et exceptum videmus. Sic ipsa resolutio Caesarea cuius mentionem supra §. 6. inieci, hoc subnotat verbis: noch die acta dahin *extra casum denegatae vel protractae iustitiae* von den adelichen Gerichten zu avociren; non minus hoc indicant verba ordinationis provincialis aulicae P. 2. Tit. 3.: wenn bey den ersten Instanzen vermaßen, wie im vorhergehenden ersten Titel gesetzet, richtig und verantwortlich verfahren wird; cum quo loco alius est coniungendus, qui ibidem occurrit P. 2. Tit. 42.: es sollen unsere Untergerichte in Criminalsachen nach besage der peinlichen Halsgerichtsordnung bey Verlust ihrer Jurisdiction und anderer schweren Strafen zu verfahren schuldig seyn. Eandem poenam amittendae iurisdictionis minatur constitutio Gustavi Adolphi de 15. April 1684. Denique et in specie iudicis patrimonialibus iniuncta est administratio iustitiae sub comminatione avocandae causae et alius poenae arbitrariae: so lieb einem jeden ist, die avocation der Sache und nach Befinden ernstliche Strafe zu vermeiden.

§. 22.

Varias has in legibus nostris domesticis constitutas poenas non promiscue et pro lubitu applicari posse, per se patet; pro diversitate potius commissi abusus; pro gradu contumaciae; pro varietate comminationum, quae praecesserunt, et reliquarum circumstantiarum aggravantium mox haec mox alia poena locum inveniet. Nec ipsa avocatio causae statim decerni solet, id quod ipsa aequitas et variae, quae hic considerari debent circumstantiae omnino suadent. Culpa enim non semper est in iudice, multo minus avocationi causae, nisi praecesserit ad-

mo-


monitio, locus esse potest, quoties nullae de denegatione vel saltem protractione iustitiae querelae effusae sunt. Praecedant omni casu necesse est mandata de administranda iustitia, et dein poenalia vel sub comminatione excitandi fiscalis ad iudicem patrimoniale directae; in extremo vero casu contumaciae locum habeat ipsa avocatio causae. ¹⁾ Eundem modum procedendi in patria observari experientia quotidiana testis est, et adponam huius rei exemplum excerpando mandatum, quod in casu huius generis haud ita pridem dirigebatur ad possessorem praedii alicuius, ita conceptum: *Friederich Franz* 1c. 1c. *Mit Erneuerung Unserer ad instantiam des — an euch erlassenen Verordnung befehlen Wir euch, nach dem von demselben die abschriftlich anliegende abermalige Beschwerde eingegangen, hiemit wiederholt gnädigst auch sub poena excitandi fiscalis ernstlich, dem Querulanten in seiner Sache wider den — noch binnen 8 Tagen gehörige Justiz zu administriren, in gleicher Frist auch partitionem zu dociren. Wornach ihr euch zu richten, und Wir verbleiben euch mit Gnaden gewogen. Datum Suerin d. 1. December 1794.*

- 1) consentanea est praxis summorum imperii tribunalium. Audiamus *Hertlingium* Diss. supra citata § 17, qui ita: *mirandum non est, si iudex superior partibus de iustitia protracta apud se conquerentibus non statim annuit, sed vel denegatis processibus eas ad iudicem competentem remittit, vel prius excitatoria, monitoria, promotoriales aut mandata de administranda iustitia intra certum terminum decernit, antequam causam ad se vocet. Et talis etiam praxis servatur adhuc hodie in summis tribunalibus. Ibi enim partes non prius citantur, quam quum iudex his processibus non obtemperat et iustitiam notorie protrahit vel denegat idque implorans per documenta aut alio legitimo modo satis probare potest. Tunc demum nascitur casus, quod nimirum mediatus spreto foro ordinario ad excelsa haec dicasteria immediate possit evocari.*

Viro Consultissimo, Doctissimo,
Domino Doctorando Dignissimo
Praefes.


*Paucis Te volo, Vir Praestantissime. Post laudabiliter in
hac et Goettingensi Univerſitate litteraria absoluta studia; nec
non post superatum feliciter examen Facultatis iuridicae, hoc
Tuum mihi obtulisti specimen inaugurale, quod non sine voluptate
perlegi. Tuam hanc plane pleneque esse dissertationem, totus
testor, et publice profiteor; pauciora enim sunt, et in primis ad
ſtatum publicum Germaniae ſpectantia, quae addere volui. Perge
in laboribus virum egregium facientibus, perge me amare; et
viciſſim me habebis per vitae reliquias amicum Tui ſtudioſiſſimum.
Vale et rem Tuam feliciter age. Dabam Rostochii die V Octo-
bris MDCCXCVI.*

29. Dez. 1882



constituti, juxta ANTHON FAB. in
o. Tit. 29. Def. 10. vocantur Clarissimi.
K. Vol. 3. Cons. 144. n. 13. æquivalentur No-

TIRAQVELL. De Nobilitate. c. 26. n. 11 di-
cuntur Clarissimi. COTHMANN. Resp.
meliolem ducere vitam, quam
atores. CARPZ. Lib. 3. Resp. I n. 3.
vibus Advocati nomen tribuitur
ntur titulis, non dicam de illis,
in supplicatum auffsehen können/
icuntur Advocati, rectius, Böhn-
s, sed de illis tantum qui in nu-
rum quidem recepti, suo tamen
funguntur. Temporis & pagel-
on permittit, accuratè omnia re-
as pertractare, quænam ad officii
bene meriti Advocati requiran-
n dicam: Advocatus, antequam
dam suscipit, fundamenta ejus
debet, si enim quam scit injustam
a in progressu talem esse reperit,
est, nisi in malo sensu, Clarissimus,
sime de Rep. meritis, conscien-
litigantium pecuniam in eorum
ò commodum perdidit; Sed nec
vis justa, titulos superius adductos
ati, qui causam non fideliter per-
sæ, non conscientia habent ratio-
ot aliquando petuntur dilationes?
lam litem, da bekömpft dan der
ne Frist - Bitte 163. abzusprechen
wird



92